Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



66

duob⁹ filius : relevari : cepit ⁹ et
tam ⁊ mestus esse · Tunc ait illis
ihs · Tristis est anima mea :
usq: ad mortem · Sustinete hic
⁊ vigilate mecum · Et progressus
pusillum : pavit in facie sua
orans · ⁊ dicens · Abi pr : si pos
sibile est transeat a me calix iste
Verumtamen non sicut ego volo
sed sicut tu · Et venit ad discipulos
⁊ invenit eos dormientes ·
Et dixit petro · Sic non potuis
tis una hora vigilare mecum
Vigilate ⁊ orate : ne intretis
in temptationem · Spiritus quidem
promptus est : caro autem infirma
iterum secundo abiit : ⁊ oravit dicens
pater mi : si pt hic calix transire
nisi bibam illum : fiat voluntas
tua · Et venit iterum : ⁊ invenit
eos dormientes · Erant enim
oculi eorum gravati · Et relictis
illis : iterum abiit ⁊ oravit tertio
eundem sermonem · Tunc venit
ad discipulos : ⁊ dicit illis · Dor
mite iam : ⁊ requiescite · ecce
appropinquavit hora : ⁊ filius ho
minis tradetur in manus pe
catorum · Surgite eamus · Ecce
appropinquavit : qui me tradet ·
Adhuc ipo loquente : ecce turba
vnus de duodecim venit : et
cum eo turba multa cum gladiis
⁊ fustibus · missi a principibus
sacerdotum ⁊ senioribus pli ·
Qui autem tradidit eum : dedit illis
signum dicens · Quemcumq: osculatus
fuero : ipse est tenete eum
Et ⁹ festinum accedens ad ihsum
dixit · Ave rabbi · Et osculatus
est eum · Et ait illi ihs · Amice :
ad quod venisti · Tunc accesserunt ·
⁊ manus miserunt
in ihsum : ⁊ tenuerunt eum · Et
ecce vnus ex his qui erant
cum ihsu · extendens manum
extraxit gladium suum : ⁊ percu
ens servum principis sacerdotum
amputavit auriculam ei
dexteram · Tunc ait illi ihs ·
Converte gladium tuum in locum
suum · Omnes enim qui acceperint
gladium : gladio peribunt · An
putas · quia non possum rogare
patrem meum : ⁊ exhibebit mi
chi nunc plusquam duodecim le
giones angelorum · Quomodo
ergo implebunt scripture :
quia sic oportet fieri · In illa hora
dixit ihs turbis · Tamquam
ad latronem existis cum gladiis
⁊ fustibus : prehendere me ·
Cotidie apud vos sedebam
docens in templo : ⁊ non me